3

Mappe 524

No 13.

121.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Catalogus apparatus anatomici
qui ad
institutum medicum Senkenber-
gianum pertinet
et in
theatro anatomico ſervatur
exhibitus a me
Jo. Bern. Jac. Behrends, M. D.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

UB Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Oſſa humana ſana.

no. 1. Sceleton militis gallici, quod naturale dicunt, e bello ſeptenni, a Christophoro Guilielmo Müller M. D. egregie paratum. Ligamenta aliquot oſſium pedis lacerata ſunt.

2. Sceletus viri artificialis a D. Tabor paratus, paſſim laceratus.

3. Oſſa aethiopis diſjuncta a D. Rieſe parata. Deſunt costae tres et oſſa pedum tria.

4. Caput embryonis ſeptem menſium.

5. Caput infantis recens nati ſine maxilla inferiori.

6. Caput infantis recens nati pulcherrimum.

7. Caput infantis recens nati. Deſunt oſſa faciei, praeter maxillam inferiorem.

8. Caput infantis duorum fere annorum. Deest cranium.

9. Caput infantis trium fere annorum. Deest cranium.

10. Caput viri multis carens dentibus.

11. Caput viri quod multis caret dentibus.

12. Caput viri(?) lata facie inſigne.

13. Oſſa ſterni virilis juncta, cum cartilaginibus costarum.

14. Pelvis foeminea ſolito major, ligamentis juncta.

15. Pelvis infantis añorum circiter duorum ligamentis juncta.

16. Sceleton foetus menſium fere quatuor.

17. Sceletus foetus menſium circiter quinque.

18. Sceleton foetus menſium fere ſex.

19. Sternum juvenile e ſeptem adhuc oſſibus constans, cartilaginibus costarum junctis.

20. Sternum juvenile e ſeptem adhuc oſſibus constans, claviculis adnexum.

21. Oſſa ſterni virilis tam inter ſe quam cartilaginibus costalibus juncta.

22. Caput virile male ſervatum.

23. Caput male ſervatum ſutura frontali inſigne.

24. Caput ſine cranio. Maxilla inferior omnibus caret dentibus.

25. Caput male ſervatum ſine cranio et maxilla inferiori. Maxillae ſuperiori ne unus quidem dens inest.

26. Cranium in quo ſutura ſagittalis deleta est, et coronaria multis gaudet oſſibus triquetris.

27. Cranium in quo pars fontanellae majoris adhucdum apparet, ſutura vero frontali parteque inferiore ſuturae coronariae dextri lateris, deletis.

28. Caput male ſervatum cranio carens.

29. Oſſa pedis dextri ligamentis juncta.

30. Oſſa manus ſinistrae ligamentis connexa.

31. Oſſa cruris pedisque ligamentis iuncta, e cadavere infantis decem fere annorum, a Jo. Sigism. Müller, M. D. parata.

32. Vertebra colli prima ſ. atlas magno annuli postici diſcrimine hians.

33. Caput ſine cranio omnibusque dentibus maxillae ſuperioris.

34. Pars femoris ſuperior ad longitudinem diſſecti.

35. Manus ſinistra ligamentis juncta.

36. Sceletus foetus menſium ſex, ſumo ſtudio a me paratus, in ſpiritu vini ſervatus.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Oſſa humana morboſa.

no. 200. Caput in articulis maxillaribus laeſum. Maxillae inferiori deſunt proceſſus condyloidei, eorumque radices, ſiniſtri praecipue lateris, introrſum ſunt inflexae. Jn temporum oſſibus cavitatum articularium antica pars eſt deleta, novasque cavitates, planiores quidem, quibus radices inflexae proceſſuum articularium excipiuntur, formatas, eoque modo partem maxillae inferioris poſteriorem retrorſum ſurſumque verſus poſitam vides.

201. Cranium foraminulis multis adfectionem morboſam prodens.

202. Os frontis in ſuperficie interna morbum aliquem testans.

203. Os parietale ſiniſtrum, de quo idem valet quod de cranio no. 201.

204. Os frontis ſutura diviſum, ſolito craſſius, atque interna ſuperficie laminulis oſſeis obductum.

205. Scapula dextra in angulo inferiori tumefacta, et materie oſſea tenerrima tecta.

206. Os humeri dextrum quod parte articulari inferiori ſolito magis oblique poſita gaudet. Condylus itaque alter altero magis ſurſum eſt collocatus.

207. Oſſa cubiti dextri lateris. Vlnae media pars valde tumida eſt et radii quoque ſuperficies mutata.

208. Os humeri ſiniſtrum, cujus caput conſumtum parsque ſuperior magnas et ſpinoſas excreſcentias venereae indolis habet.

209. Os humeri ſiniſtri, quod in media parte parvam excreſcentiam gerit.

210. Femoris tibiaeque partes cum patella a carie venerea exeſae.

211. Os femoris dextri ponderoſum tumefactum et inaequale.

212. Tibia ſiniſtra ſupra malleolum ſolito craſſior et inaequalis. Num a fractura in juventute?

213. Vertebra colli in ſuperficie anteriori corporis excreſcentiis ſpinoſis (venereis?) obſita.

214. Vertebrae dorſi duae eodem modo quo vertebra no. 213 adfectae.

215. Vertebra lumbalis ultima arcu ſuo carens.

216. Cartilaginum duarum coſtarum ſpuriarum, fractura, interpoſita materia oſſea, ſanata.

217. Pelvis foeminea anguſtiſſima in Salzburg. med. chir. Zeitung no. 49. a. 1794 a me deſcripta, cum extremitatibus inferioribus rhachitide diſtortis. Oſſa ligamentis junguntur. Pertinet ad uterum in vitro no 800. ſervatum.

218. Tibia dextra parvulam exoſtoſin poſteriori ſuperficie gerens.

219. Os coxae dextrum, parvis excreſcentiis ſpinoſis venereis, parte anteriori, obſitum.

220. Os coxae ſiniſtrum parvula exoſtoſi ex ilei criſta nata, dedecoratum.

221. Vertebra lumbalis ultima, cujus veneream adfectionem materia oſſea paſſim ſuperimpoſita prodere videtur.

222. Vertebra lumbalis de qua idem quod de praecedenti valet.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

223. Calcaneus aliquot excreſcentiis inſolitis, (venereae indolis) dedecoratus.

224. Os metatarſi hallicis ſiniſtri, faciem articularem ſolito majorem et magis prominentem ad os metatarſi digiti ſecundi vertens.

225. Phalanx prima hallicis excreſcentiis parvis in ſuperficie inferiori gaudens.

226. Cranium parvulas aliquot exoſtoſes habens.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Praeparata angiologica ſiccata.

no. 400. Foetus quem materie rubra per venam umbi-
licalem implevi. Thorax et abdomen aperta ſunt,
inteſtinaque praeter cor pulmones et renes, ablata.
Decurſum vides arteriae aortae, arteriarum umbi-
calium curſum et inſertionem in arterias hypoga-
ſtricas, – venas majores faciei colique. arteriae
radiales in utroque bracchio e media humeraria
arteria oriuntur.

401. Placenta cujus venae materia coerulea, arteriae
rubra injectae ſunt. A Jo. Sigism. Müller parata.

402. Cor quod una cum vaſis majoribus materie rubra
impletum est. A. J. Sigism. Müller.

403. Cor juvenile cujus venas materie coerulea, arte-
rias vero rubra replevit J. Sigism. Müller.

404. Bracchium dextrum in quo arterias aliquotque
venas majores materie ceracea injectas male obiter-
que excuſſit J. Sigism. Müller.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Praeparata angiologica in ſpiritu vini ſervata.

no. 500. Cor una cum magnis vaſis materie rubra injectum. Annexae ſunt pulmonum partes, aſperaeque arteriae.

501. Cerebri pars inferior cujus vaſa arterioſa materie rubra a me impleta ſunt a. 1804.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Praeparata ſplanchnologica.

In ſpiritu vini ſervata.

no. 650. Cor ob eximiam magnitudinem ſervatum. Donum Cl. Parrot.

651. Cor aliquantulum in apice fiſſum.

652. 653. Varia quae e diverſis cerebris ad demonſtrationem cerebri retinui.

654. Pars haemiſphaerii cerebri, ex qua membranae detractae ſunt, ut gyri probe videantur.

655. Genitalia duarum puellarum annorum fere quinque.

656. Uterus e cadavere foeminae ſtatim poſt partum facillimum ſine ulla haemorrhagia extinctae, a. 1800 a me exciſus.

657. Uterus ſectione ad longitudinem ducta apertus ea fere amplitudine et craſſitie, qua aliquot poſt partum dies vel tertio graviditatis menſe eſſe ſolet.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Praeparata ſplanchnologica ſiccata.

no. 600. Oſſa pubis, veſica urinaria et penis ru-
bra materie impletus. Malum ſpecimen a I. Sig.
Müller paratum.

601. Pars cutis pedis, cujus vaſa ſanguifera materia
rubra impleta vides.

602. 603. Larynges cum tracheae partibus annexis.
Detracta ſunt cutis muſculi et membranae.

604. Veſicula fellea cujus vaſis aliquot arterioſis
mercurius vivus inest.

UB Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Praeparata ad foetus et monſtrorum historiam ſpectantia.

no. 700. Ovulum abortivum trium vel quatuor fere hebdomadum, inferne coagulis in membranis poſitis craſſius longiusque. In ſuperiori parte duo vides loculamenta, tenerrima membranula diviſa, in quorum utroque parvulos embryones inveni. alterum foetum vides adhuc integrum in ſuperiori loculamento, alter vero cum microſcopio ſubderetur, periït. Donum Cl. D. Lehr. a. 1800.

701. Ovulum ſexta circiter poſt ortum hebdomade editum, ex quo embryo, funiculo umbilicali adhaerens, pendet.

702. Ovulum apertum cui foetus ſeptem fere hebdomadum, funiculo umbilicali est adnexus. Donum Cl. D. Lehr.

703. Embryo pulcherrimus novem circiter hebdomadum.

704. Embryo decem circiter hebdomadum, cui cranium paulum est laeſum. Donum Cl. D Lehr.

705. Embryo undecim fere hebdomadum male ſervatus.

706. Embryo duodecim hebdomadum haud bene ſervatus.

707. Embryo qui tertium menſem exceſſiſſe videtur.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

708. Foetus maſculinus trium fere menſium cum dimidio.

709. Foetus foemininus trimestris et quod excurrit. In media imi ventris parte vides maculam albam. Donum Cl. D Lehr.

710. Foetus qui ad finem quarti menſis perveniſſe videtur.

711. Foetus maſculinus quatuor circiter menſium.

712. Foetus maſculinus qui quartum menſem nondum exceſſiſſe videtur.

713. Foetus foemineus eadem aetate qua antecedens.

714. Foetus foemineus qui quartum menſem jam impleviſſe videtur, labio leporino ſimplici in dextro latere deformis.

715. Foetus maſculinus quatuor menſium.

716. Foetus maſculinus macilentus quatuor menſium.

717. Foetus maſculinus quatuor menſium cum dimidio, egregie ſervatus.

718. Foetus maſculinus quatuor menſium cum dimidio, vultum ſenilem habens, bene ſervatus.

719. Foetus pulcherrimus quinque menſium.

720. Foetus pulcherrimus foemineus quinque menſium et quod excurrit. Donum Cl. D Lehr.

721. Foetus foemineus quinque menſium cum dimidio e matris mortuae utero exciſus a. 1802.

722. Foetus foemineus ſeptem menſium bene ſervatus. Donum Cl. D. Lehr.

723. Foetus maſculinus ſeptem menſium.

724. Ovulum annexum funiculo umbilicali caſu quodam maceratum D. D. Cl. D. Lehr.

725. Foetus duo ejusdem aetatis, menſium trium. An gemelli ſint, haud ſcio. Quae iis est adpoſita placenta, num ad eos pertineat, aeque parum mihi conſtat.

726. Foetus foemineus trium menſium cum dimidio, craſſo collo deformis. Longo annexus est funiculo umbilicali. Placenta in eodem vitro condita ad eum pertinuiſſe videtur.

727. Ovum longitudine diſſectum, per funiculum umbilicalem foetui trimeſtri adhaerens. Donum Cl. D. Lehr.

728. Foetus ſex menſium, maſculinus, ad quem pertinent ſecundinae in eodem conditae vitro.

729. Uterus ſeptimo menſe gravidus, foetum continens et genitalibus externis adnexus. Apertus est parte ſua anteriori. Excidi eum e cadavere foeminae aqua ſuffocatae a. 1802.

730. Infans maturus, monſtroſus. Deest femur ſiniſtrum, cui quoddam analogon e dorſi ſpina est excretum. Inteſtina abdominalia intra marſupium e ſolo peritonaeo, deficientibus muſculis cuteque abdominis, formatum, condita ſunt. Donum Cl. D. Dietz anno fere 1770.

731. Infans maturus, maſculinus, curtis extremitatibus, vel, ut alii putant, rhachitide

connata

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

connata deformis. Donum Cl. D. Dietz.

732. Infans maturus, cui magna pars integumentorum musculorumque abdominis deest. Viscera abdominalia peritonaeo inclusa protuberant. Intestinum quoddam (coecum esse videtur) peritonaeo adglutinatum, exulceratione post aliquot dies a partu hoc perforavit, meconiumque effudit. Donum Cl. Bergmann, Chirurgi Bornhemiensis, a. 1803.

733. Infans maturus, acephalo deformis, simillimus illi quem depinxit Soemmerring in Gesch. u. Beschrbg einiger Missgeburten. Tab. 1. Donum Cl. D. Lehr.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

UB Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Praeparata ad hiſtoriae morborum illuſtrationem ſpectantia.

no. 800. Uterus, qui ſectionem caeſaream d. 27 Febr. 1794 a Cl. D. Lehr inſtitutam, perpeſſus eſt. Hiſtoriam partus narravi in ſalzb. med. chir. Zeit. no 49. a. 1794. Pertinet ad hunc uterum pelvis no. 217.

801. Uterus quem celeberrimus Georg. Guil. Stein ſectione caeſarea diſſecuit. Vid Ejusdem Geſchichte einer Kayſergeburt. Caſſel 1783. Donum Cl. D. Lehr.

802. Mola hydatitoſa ſimillima eae, quam depinxit Gregorini in diſſ. de Hydrope uteri &c. Halae 1795. Foetum nullum inveni. Donum Cl. D. Lehr.

803. Mola veſicularis ovo humano ſimillima, ſanguine coagulata repleta, petiolo duro craſſoque adnexa. Similem fere depinxit Löfler in Hufeland Journal 20 B. 3 St. Donum Cl. D. Lehr.

804. Pars funiculi umbilicalis, cui nodus, qui dicitur, inest. Donum Cl. D Lehr a. 1798.

805. Tumor cyſticus fronti olim inſidens, a Cl. Schilling, Chirurgo noſtrate, abſciſſus.

807. Penis inferne perforatus adulti, ſiccatus.

UB | Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

UB Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Praeparata ex anatome comparata.

900. Cutis anguillae detracta, ſiccata.

901. Sceleton ſimiae a Cl. D. Tabor paratum.

902. Embryones ſuillini velamentis incluſi.

903. Duo vaccae abortus 2 pollicum longitudine. Donum Cl. D Lehr.

904. Lepores recens nati duo ad pectora colloque connati. Donum Cl. D Lehr.

905. Testiculi equini duo, quorum alter ſcirrhoſus est, ex equo vivo exſciſſi. Donum Cl. D Lehr.

906. Cor ciconiae.

907. Pars taeniae latae.

908. Pars taeniae cucurbitinae.

909.

910. Mandibulae

911. Pullus recens in lucem editus, quatuor alis totidemque pedibus deformis.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

UB Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

UB | Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

UB | Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main